

X

H

oplet

fuit omnes de


um

vir in

guarum alle

ut in ore eorum om in um

ta ut nomen sanctificationis in



ov

Recht in der

10

U. g. 17, 9

QVÆSTIONUM THEORICO-

PRACTICARUM

ΔΕΚΑΣ,

Quam
Consensu Amplissimi Iudiciorum Or-

dinis in percelebri Academia

Lipshensi

Pro LICENTIA nanciscendi honores

DOCTORALES in Utroq; Jure,

In Atrio Petri

publico examini

subiit,

Ad diem 4. Aprilis

M. Siegmund Finckelthaus / Lips.

Anno 1706 L.

Typis hered. Friderici Lanckisch.

VIRIS

*Amplissimis, Consultissimis, Excellentissimis
& Spectatissimis*

Dnn.

Consulibus, Proconsuli, Ædilibus,

Judicibus, cæterisque inclutæ Reipublicæ Patriæ Sena-
toribus prudentissimis, & gra-
vissimis :

*Dnn. Mecanaticibus, Patronis, & Fautoribus suis
decenti observantia cultu perpetuo suscipiendis,
magisque demerendis,*

Hanc disputationem inauguralem
dedicat & con-
secrat

Autor.



Q. I.

DAUPER in curiâ Electorali præstitit juramentum paupertatis, moritur pendente processu, an liberi heredes, jusjurandum paupertatis reiterare teneantur? an verò in causâ post reassumptionem Processûs ulterius procedendum? *Reiterandum puto.*

Ratio: Quia omnia juramenta vel (1) solius religionis injicienda gratiâ ad dicendam tantummodò veritatem & manifestandam conscientiam interponi solent; l. 6. §. 4. ibi: de suâ etiam conscientiâ. C. de his, qui ad Eccl. confug. l. 6. C. de Procur. l. 21. v. Sin autem dicat. C. de fid. Instr. Nov. 72. c. 3. Nov. 124. c. 2. Cujusmodi juramenta sunt, calumnie, testimonii, purgationis &c. vel (2) litis decidenda gratiâ præstantur, vel (3) confirmationis causâ, pactis, ad dandum vel faciendum, quid, & cõtractibus adjiciuntur, c. 28. & t. t. extr. de jurej. Donell. de jurej. c. 2. pr. Seraph. de jur. l. 1. c. 3. n. 25. Posteriorum generum communis effectus transit ad heredes, mortuis nempe jurantibus, quemadmodum & in obligationibus aliis, quæ in dando & faciendo consistunt, fieri videmus. Prioris verò generalis effectus nequaquam heredes afficit, sed juramentum illud, tanquam personale quiddam, cum personâ & conscientiâ jurantis simul interit & expirat, arg. l. 178. de R. J. Inest enim huic juramento vinculum spirituale erga Deum, solius jurantis conscientiam stringens, & proinde de animâ ad animam extendi & transire nequit, Seraph. de priv. jur. priv. 67. n. 22. seqq. & ad hanc classem referer.

A 3

ferendum etiam est juramentum paupertatis siquidem pauper id
saltem edicere & conscientiam suam manifestare cogitur, quod
non sufficientes habeat facultates, ad continuandum Processum.
Quare cum vidua & heredes pauperis defuncti in lite permaneant,
eamque sui commodi causa persequantur, de sua inopia non minus
quam eorum antecessor jurato testabuntur. Nec desunt exempla
alia, in jure similia, sic n. heres de calumnia jurat, etiamsi defun-
ctus jam in eadem lite juramentum calumnia prestiterit. V. Vurm.
Pr. obs. t. 7. de Proc. O. 2. in fin. Seher de jur. L. 1. c. 14. n. 8. Sic
heres jurantis non sortitur forum ecclesiasticum, ratione jura-
mentis per defunctum prestiti in contractu, Guid. Papæ. decis.
417, Felin. in c. cum sit. 8. extr. de foro comp. n. 9. Seraph d. l.
Sic juramentum, tanquam vinculum personale, morte jurantis fi-
nitur, nec ad heredes perjurii reatus transit. Panorm in c.
veritatis 14 n. 3. extr. de jurej. Seher de jur. L. 1. c. 25. n. 93. Et
ita in hac controversia principali in terminis esse decisum in Came-
ra Imperiali, refert Myns. cent. 1. ob. 81. Ubi ait: Præstito ju-
ramento a paupere, si is pendente lite decedat, liberi ipsius, ad
quos actio jure successionis pervenit, jusjurandum reiterare
tenentur, alias non proceditur in causa. Similiterque pronuncia-
tum fuisse in Curia Electorali supremâ anno 1631. term. Lucia in
causa A. H. W. zu L. contra W. R. zu B. comperi, his formalibus,
daß der Proceß zur Nothdurft reassumiret/würden nun auch ihige
Klägere ihres angezogenen Unvermögens beglaubten Schein
ad acta bringen/und das juramentum Paupertatis darauf würck-
lich ablegen/so ergeheth alsdann in der Sachen ferner was recht
ist. B. R. W.

Contra hanc opinionem obstare videntur sequentes rationes,
(1) quod presumptio sit pro vidua & liberis, cum pater fuerit pau-
per, quod eadem egestas & liberos premat, præsertim quia in vita
patris, ei succurrere non potuerint, qualitas enim, qua semel inesse
cepit, semper durare presumitur. Coler. conf 5. n. 14. Surdus
dec. 8.

dec. 8. n. 22. Ut & aliàs de jure in dubio quilibet praesumitur pauper,
nemo enim cum divitiis nascitur, cum haec sint accidentia, quae adesse &
abesse possunt; can. sicut 8. dist. 47. §. Sed ais. Menoch. 6. Praes.
28 n. 6. Coler. de Pr. exec. P. 1. c. 6. n. 161. (2) Quod instan-
tiatransseat ad heredes, Mynf. 3. obs. 45. in fin. & praesertim, 1 cur. 3.
quod per litis contestationem actio perpetuetur, Mynf. d. l. Moll.
ad Const. Elect. 7. P. 1. n. 12. Ad demum, (3) quod jus jurandum
profit & noceat successoribus l. 26. §. 1. ff. de jurej.

Quibus quomodo satisfaciendum, disputatorius aperiet
conflictus.

Q. II.

An comparatio literarum etiamnum hodie in
usu obtineat? Disting.

Jure civili satis fundata est in l. comparationes 20. Cod.
de fid. Instr. & Nov. 73. c. 1. Atque adeo ubi illud solus in foro
viget, etiam comparationem literarum obtinere, discimus ex qua
multis autoribus, qui de ejus requisitis accuratè disputant, veluti
Mascard. de prob. vol. 1. Concl. 330. & seq. Menoch. de Arbitr.
Judic. quest. l. 2. cas. 114. Trentacinq. var. Resol. l. 2. Res. 7. de fid.
instr. Tressaurus Quest. For. 24. Pacius in comment. ad d. l.
comparationes; Cod. eod. Licet autem plerique Dd. velint, eam
regulariter semiplenè tantum probare, Vivius l. 1. com. opin.
verb. comparatio n. 1. Aliqui verò, aliquando fidem facere, ni-
mirum in scripturis privatis, ut sunt libri rationum, epistola: Ru-
landus de Commiss. P. 2. L. 5. cap. 38. n. 5. Attamen rectius
sentiunt, qui iudicis arbitrio permittunt, an & quando, & quo-
usque in singulis causis, quae coram illo aguntur, comparationi locus
sit. Menoch. l. cit. n. 16. Umm. disp. ad Process. 17. th. 27.
in fin.

Ceterum ubi jus Saxonicum observatur, comparationem cessare, communis est ejus fori Interpretum sententia. (1) Quia in Const. Electorali, vel etiam in Ord. Process. nihil de hac materia disponitur, sed hoc saltem legimus sancitum, ut quaelibet scriptura vel recognoscatur, vel jurata diffessioni locus esse debeat, Process. Ord. c. 25. §. weil es auch. Ergo si productus alterutrum velit, audiendus erit. (2) Quia alias etiam fallax & debile est indicium: hinc Imperator in Nov. 73. in Praef. refert, usus compertum esse, quod innumera falsitates, per imitationem aliena scriptura, iis temporibus fuerint commissa. (3) Quia exempla testantur, multa sic commissa esse falsa. Hipp. de Marfil, de prob. n. 298. refert, se novisse plures, alienas ita imitari literas solitos, ut inter nosci non potuerint. & Zas L. 2. sing. resp. c. 25. asserit, se monachum quendam Augusta in monasterio S. Udalrici novisse, qui scripturam, quamcumque intuebatur, non tam imitari, quam ex pari effingere potuerit. Sic Menoch. conf. 94. n. 23. & Joseph. Ludov. dec. 7. n. 15. Simile quid commemorant de quodam, qui Pontificis manum falso imitatus, scelere detecto, Roma laqueo vitam finierit.

Exceptio igitur erit, quando & scribens mortuus est, & testes, qui subscriperant, etiam non amplius sunt superstites, tunc si heres vel successor ignorat manum antecessoris, vel testium, iudex ad comparationem literarum tuto progredi potest. Nempè iniquissimum foret, producentem probatione cadere, eò quòd Scriptura & sigilla, ab herede debitoris vel testibus, non possint recognosci: Et ita contractum in rei veritate literis celebratum corruere: ut tradit Coler. P. 3. c. 1. n. 145. Berlich. P. 1. concl. 44. n. 43.

Exceptionem etiam dari ab antedictis, docemur à Dn. Ordinario P. 1. Const. Elect. 17. Def. 15. In casu, quando scriptura defunctorum nemini est cognita; tunc enim comparatio succedat in locum recognitionis: Ceteroquin, si recognitio certis ex causis fieri nequeat, ad diffessionem juratam potius iri solet: Arg. N. P. D. c. 15.

D. c. 25. *Quemadmodum in supremâ curiâ Lipsiensi, in causâ A. P. N. B. contra S. V. H. factum constat, ubi actrix produxerat Brieff und Siegel/reog, ad juratam diffessionem semet offerente, actrice verò reo illam, ne perjurium permetteret, recusante, & comparationem literarum urgente, tandem pronunciatum fuit, daß Klägerin suchen nicht stadt hat. B. X. B.*

Q. III.

An juramentum, si non in eadem formâ nec iisdem verbis, quibus conceptum est à Judice, & à parte delatum, & acceptatum, præstetur; reiterandum sit?
Affirmo.

Propter sequentes rationes (1) quia generalis est Regula Juris: Ea, quæ fiunt contra, præter, vel citra formam actus, ipso jure nulla esse: & omissionem formæ, etiam in quâlibet minimâ qualitate totum actum vitare, c. quia propter. 42. extr. de elect. Gail. lib. 1. O. 1. n. 36. Seher de jur. l. 2. c. 14. n. 2. 3. Tusch. præct. concl. lit. F. concl. 114. n. 1. 12. ibi; si data est certa forma juramenti. Et concl. 416. & 418. (2) Quia in specie in Jure cautum est, quod jusjurandum alicui delatum, in eadem formâ, & iisdem verbis, quibus delatum est, vel præstandum sit, vel referendum. l. 3. §. fin. l. 4. l. 5. §. 4. l. 33. ibi: ita specialiter; & ibi: ex integro solenniter jurandum est. ff. de jurej. Tholos. in part. Jur. Can. L. 5. t. 13 c. 4. lit. C. & K. Tileman disp. ff. 20. th. 14. In tantum, ut si ab eâ formâ specificâ, contra partis deferentis mentem & intentionem, recedatur, & alio more juretur, juramentum non sit ratum, imò planè non censeatur jurasse is, qui in aliâ formâ juravit, quâ delata fuerit. d. l. 3. §. fin. & d. l. 33. Tholosan. L. 2. de app. c. 11. n. 5. Schultes in addit. ad Modest. Pist. q. 56. P. 2. n. 44. 45. Seher de jur. L. 2. c. 14. Unum, disp. ad Pro-
cessi

est. 14. th. 4. juramentum enim intelligitur secundum men-
tem & sensum ejus cui juratur. Seyer L. 1. c. 26. n. 16. (3) mul-
tumq; interest, ut quis conceptis verbis juret, id est, prout à defe-
rente petitum est, vel ab ipso judice per certam formulam expres-
sum. Odentorp. d. 1. act. 9. f. 44. scil. propter metum ejus, à quo
juramentum postulatur: Is enim, qui centis verbis jusjurandum
defert, id agit, ut incusso religionis metu, cogat adversarium quo-
vis modo verum fateri: hinc nisi in eadem formâ præsistum sit,
quâ delatum est, nihil prodest jusjurandum, quippe cum
non juratum sit ex conditione delatâ. Donell. ad t. ff. de jurej. c.
6. n. 5. Duaren. ad d. t. ff. c. 11. 12. (4) Et simile est jusjuran-
dum pactioni, & pactio nominatur, l. fin. ff. de jurej. l. 35. §. 1. d. t.
Borcholt. de jurej. c. 3. n. 20. & c. 8. n. 13. Ut igitur pacta stri-
ctè servanda: ita & juramento præstando nihil addendum, nihil
detrahendum est. (5) Nec quisquam autoritate propriâ po-
test sibi juramentum etiam in melius commutare, sed præcisè, &
formâ specificâ illud deponere debet, cum aliàs dicatur commutasse
delatum juramentum de uno in aliud, quod non licet. Eleganter
in terminis Cacheran. dec. 92. n. 21. Roland. à vall. con. 6. vol.
1. n. 30. Aff. dec. 163. (6) Quia, juramentum aliter susceptum,
quàm delatum, operatur id, ut dicatur nulliter juratum, &
talis nulliter jurans non potest de novo jurare: Parte scilicet in-
vitâ, Tusch. Pr. concl. lit. 1. concl. 523. in fin. n. 7. (7) Ita
videmus in simili, testem, qui repetitur, de novo jurare teneri, licet
jam antea super totâ causâ testium juramentum præstiterit. c. frat.
17. extr. de test. c. præterea d. test. cog. Boer. dec. 108. n. 6. Rulad.
de Commis. l. 5. p. 1. c. 10. n. 6. 7. & p. 2. l. 2. c. 11. n. 4. Nec nuda de-
claratio sufficit, imò licet declaratio saltè fieri debeat, novo tamen
juramento opus est. Cephal. cons. 428. vol. 3. Hoc si procedit in
testibus, qui in formulâ jurisjurandi nihil immutârunt, multò
magis in eo obtinebit, qui addendo vel detrahendo formulæ præsti-
tit delatum jusjurandum. Præsertim (8) quia hoc intelligitur
secun-

secundum mentem & sensum ejus, cui juratur; Schar de jur. L. 1.
c. 26. n. 16. Maxime, si dolus animadvertitur à parte jurantis.
Seraph. de priv. jur. priv. 141. n. 2. & 4. vers. & hoc ego cre-
derem; Ergo si pars adversa prestationi tali repugnet, & eam
concepta forma non conformem esse contendat, ex integro juran-
dum erit. Hinc quidam cum jurasset anno 1639, in causa depositi,
sed verba quaedam formula juramenti in actu depositionis inse-
ruisset, parte contradicente: quaesitum fuit, an declaratio subse-
quens fuerit sufficiens, an juramentum denuò præstandum? Po-
sterius ampl. Fac. Jurid. & Dnn. Scabios Lips. injuxisse reo,
accepi: tum quòd declaratio subsequens extrajudicialiter, &
tantum Secretario facta fuisset, tum quòd verba quaedam juramē-
ti, (quòd prius per legendo acceptaverat,) contra tenorem libelli
& formulam juramenti in actu præstationis, & quidem clam in-
seruisset. Quin & cum partes super petitâ juramenti reitera-
tione, in Electorali Appellationum Judicio controverterent ulte-
rius, decisum tandem fuit: daß Beklagter / den ihme zuerkantem
Eyd / Inhalts der bey denen actis befindlichen Notul / ohne die
von ihm bey Ablegung des Eyds hineingerückte Wort / von mir
anderweit zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht /
so ergeheth darauff in der Sachen ferner was recht ist / B. N. W.
Libellus siquidem generaliter & simpliciter non tantum de facto
proprio, sed & de facto tertii propositus, & violatio depositi reo
delata, in sein Gewissen / Wissenschaft und wohlbewußt / formula
item juramenti etiam generaliter fuerat concepta.

B

Q. IV.



Cum dotes plerumq; constitui soleant à parentibus, consanguineis, & proximis agnatis, quorum præsentia omnem fraudem & dolum excludit, in tantum, ut & absq; curatoris autoritate mulier pacta dotalia facere possit, docente Dno. Ordinario P. 2. const. Elect. 15. Def. 11. Oritur quæstio, an præsentia Sponsæ requiratur, an verò sufficiat, si parentes vel cognati pacta subscribant dotalia, vel etiam ad acta publica referant? *Adfirmandum prius.*

Nam constat, (1) quod omnem præmissionem & stipulationem vitiet absentia §. 11. Inst. de iur. stip. Mascard. de prob. vol. 1. Con. 9. n. 2. Ergo & hanc absentiam Sponsa vitare dotis præmissionem, dicendum erit, tum (2) licet ponamus, quod mulier quandoq; absens esse possit ab actu vel contractu quodam, non tamen alius fingi potest casus, quam si ejus utilitas sit quæsita Arg. l. fin. in fin. ib. cum & antiqva. Cod. de acq. vel ret. poss. Dn Carpzov. d. Const. 15. Def. 17. 18. Neq; etiam pater vel curator (3) vel propinquus in præjudicium filia quicquam contrahere potest, sed tantum in favorabilibus, Berlich. P. 2. Concl. 17. n. 118. 119.

At in casu præsentis magnum vertitur filia præjudicium, si quidem contenta quandoq; esse cogitur, certis quibusdam assignatis portionibus, in pactis dotalibus, & amittit tertiam portionem, seu partem, quam alias petere potest, juxta Const. Elect. 20. P. 3.

Quæ pacta non possunt dici favorabilia.

Et licet huic opinioni objici possent, (1) quod præsentia patris & cognatorum omnem excludat fraudem, (2) Mulier licet absens sit, consummet tamen postea matrimonium, (3) Sponsaliorum tempore, sponsa alius plerumq; intenta rebus, nihil minus,

minus, quàm de pactis dotalibus soleat esse sollicita; hac tñ. & similia,
publica disquisitioni atq; excussioni reseruo. Atq; pro hac sententiã,
presentiam scil. Sponsa omninò requiri in constituendis pactis do-
talibus, respondit laudata Fac. Jur. Ao. 1626. & seqq.

P. P. Dennoch aber und dieweil ihr damahls abwesend ge-
wesen/und weder ein Vater noch Vormund einer Weibes-Per-
son/zur Schmelierung ihrer an ihres künfftigen Mannes Gütern
gebührenden Weiblichen Gerechtigkeit/ in ihrem Abwesen nichts
vorhandeln noch schliessen kan/ihr auch von solcher Ehestiftung/
euerm Bericht nach/keine Nachrichtung noch Abschriffte bey eures
Mannes Lebzeiten erlangen können/sondern erst nach dessen To-
de von euerm Stieffsohn Abschriffte überkommen: So seyd ihr
euch mit denen verordneten 600. fl. abweisen zu lassen nicht
schuldig/sondern ein Drittheil aus euers verstorbenen Mannes
Verlassenschaft/ vermöge angezogenen Leipzigerischen Stadt-
brauches/zu kiesen und zu erwählen wohl befugt. D. N. W.

Q. V.

Consensus Magistratus super Hypothecã fun-
di, ad tempus, puta triennium, &c. impertitus, an ela-
plo tempore triennii extingvatur?

Rationes pro Affirmativa recensentur hæc:

(1) *Quia permissum ad tempus, post tempus censetur prohi-
bitum. arg. l. statu liberum II. §. Stichum I. ff. de Legat. II. U-
bi si non eligit heres, die recitati Testamenti, tum post illum diem
datur electio legatario, l. pater. 38. §. fundum. 3. ff. de Leg. III.
Ubi alienatio prohibita ad tempus est, censetur esse permissa post
tempus. Rauchbar. P. 2. q. 23. n. 3. (2) Quia Consensus limi-
tatus producit effectum limitatum, & ad non expressa non. est ex-
tendendus; per doctrinam Hartman. Pist. lib. 2. q. 7. n. 29. 30.*

B 2

(3) *Quis*

(3) Quia hic non de obligatione, sed de consensu Domini sublato agitur, ob cuius defectum jus hypotheca cessat. Differunt autem consensus & obligatio. Rauchbar. d. q. 23. n. 7. 8. (4) Quia Regula haec; quod tempus non tollat, nec inducat obligationem: limitatur, nisi in hunc finem à contrahentibus fuerit adiectum. l. qui hoc anno 42. ff. de verb. Obl. Rauchb. d. q. 23. n. 7. Praeterea, et si tempus ipso jure non tollat obligationem, parit tamen exceptionem, l. servitutes. 4. v. sed tamen ff. de servitut. Rauchbar. d. q. 23. n. 7. v. Praeterea. Quae sententia etiam usu fori approbatur, quamquam ~~affirmativam~~ ^{neg}ativam olim placuisse, audivi; quam exercitii gratiâ hâc vice suscipere & adserere tentabo.

Et rationes sanè non videntur esse nihili, quae eidem patrocinantur.

Nam (1) contractus, ubi consensus ad tempus fuit impetratus, eo finito, taciturnitate renovatus censetur. l. item quæritur 13 §. qui impleto 11. verum sed & si 2. ibi: hoc ipso, quo tacuerunt, consensisse videntur, ff. locati. l. legem 16. ibi: Sin autem tempus sit exactum, & in eadem locatione conductor permanferit, tacito consensu eandem locationem, unâ cum vinculo pignoris renovare videtur. C. d. t. l. in rebus 4. §. item qui 4. fin. ibi finito tempore; etiam si ad hoc temporis non rogavit, tamen precario possidere videtur: intelligitur enim Dominus, cum patitur eum, qui precario rogaverit, possidere, rursus precario concedere ff. de precar. Et Magistratus, consentiens hypotheca ad certum tempus, reservato sibi, vel debitori, jure reluendi, tacitè consensum prorogare videtur, si finito tempore non reluantur bona hypothecata, ut pluribus docet Dn. Ordin. ad Const. Elect. 23. P. 2. def. 25. Est quæ (2) ratio, quia uti per lapsum triennii, seu temporis ab initio praefiniti, ipse contractus, puta mutui, non extinguitur: l. obligationum 44. §. 1. ff. de obl. & act. Ita nec consensus semel praestitus, exacto triennio tollitur: quia consensus regulatur secundum principalem contractum, cui tanquam accessorium.

forium adjicitur, & natura villius assumit. Hartm. Pistor. lib. 2. part. post. q. 48. n. 19. 20. seqq. Barbof. de clausulis, cl. 1. n. 3. (3) Quia consensus a quo datus, & ab altero acceptatus, transit in contractum, ut docet Ludovicus Romanus in l. 1. § si quis simpliciter n. 13. ff. de V. O. & Conf. 433. n. 11. quemadmodum autem contractus sunt perpetui & irrevocabiles l. in re commodata, 17. §. sicut 3. ff. Commod. Sic etiam consensus; ut qui semel consensit in aliquam rem, hoc nomine perpetuo censeatur devinctus: l. in diem 9. §. 1. ff. de aq. & aq. plu. arc. Dn. Carpov. Resp. Elect. L. 5. Tit. 5. Resp. 39. n. 9. maxime cum aliud tempus non sit modus tollenda obligationis, l. obligationum 44. §. 1. & ibi Gi. in verb. placet ff. de Ob. & Act. Moller. L. 4. Semestr. cap. 24. n. 6. (4.) Et aliud nulla esset inter clausulam cassatoriam & simplicem consensum differentia: Nihil enim illa ulterius quid operaretur: Ergo uti per clausulam cassatoriam, consensus tempore elapso nullus est, & irritus, quia expressè de mente contrahentium constat; Rauchb. d. q. 23. n. 1. Berlich. P. 1. decis. 118. n. 8. Sic & consensus absq. clausula cassatoria tacite prorogatus, ex presuntione mente contrahentium censeatur: prout & aliud facilius inducitur in contractibus prorogatio, quam totalis de novo concessio, cum non inducat novum actum, in prejudicium ipsorum contrahentium, sed veterem saltem continuet, Boër. decis. 283. n. 11. & decis. 294. n. 8. Decian. vol. 1. Resp. 11. n. 29. Praesertim, quando primus actus non recipit alterationem, & majorem obligationem. Tusch. Pract. cōcl. lit. P. cōcl. 920. n. 21 & cōcl. 921. n. 22. (5) Eoq. ipso, quod quis jure suo, quod ex certi temporis prescriptione habebat, non usus fuit, tacite consensum prorogasse intelligendus est. Moller. L. 4. Semestr. c. 24. n. 6. (6) Quia & tacitus Domini consensus in alienationibus Feudi, secundum communem opinionem Feudistarum sufficit. Hartm. Pist. L. 2. Part. post. q. 27. n. 13. Moller. d. c. 24. n. 7. Multo magis igitur in hypothecâ proroganda, cum vendere longè majus sit, quàm obligare.

B 3

Facit

Facit demum (7) textus expressus in l. item: quæritur, 13. §. fin. ff. Locat. l. legem 16. C. eod. t. l. in rebus 4. §. fin. ff. de precar. ubi consensus ad tempus datus, eo finito, taciturnitate renovari traditur. Ratio quippe est, quod consensus contractui accedens, ejus naturam induat.

Hæc pro affirmativâ sufficere puto: quomodo autem ab illis vis rationum, pro negativâ adductarum, avelli queat, in discursu videbimus.

Q. VI.

An transactio, in quâ inspectioni testamenti & l. de his. 6. ff. de Transact. renunciatum sit, valeat?

Pro Affirmativâ facit (1) ratio, quod quilibet favori pro se introducto, renunciare possit l. penult. C. de pact. l. 41. de Minor. Nov. 136. c. 1. Et sibi quis imputet, qui tam facilis & incautus fuit ad transigendum, arg. l. 3. §. 1. ibi: facilitati suæ. ff. ut in possess. Leg. l. 1. §. 17. v. Cujus rei ratio ff. de Separ. Fab. in ration. ad d. l. 6. circa fin. (2) Argum. l. non est 12. ff. de transact. Ubi transactio facta est de ultimâ voluntate, licet saltem prima pars testamenti, non posterior, lecta, imò nec Codicilli, Fab. ad d. l. 6. Schifertect. L. 2. tract. 25. q. 8. (3) l. Lucius, 78. §. fin. ff. ad Sect. Trebell. ibi. Si non transactum, Et ibi; Postea repertis instrumentis, Fab. d. l.

Negativa verò, transactionem scil. non valere, tabulis testamenti non inspectis, neq. d. l. 6. renunciari posse, patrocinatur, (1) quod formulæ, à Legibus introductæ, renunciari nequeat l. 8. §. 17. ff. de Transact. Trentacinq. V. R. lib. 1. tit. de LL. Ref. 1. n. 12. 13. Arumæus L. 2. dec. 11. n. 39. seqq. Sed pro formâ transactionis introductum est, ut de his controversiis, quæ ex testamento proficiscuntur, aliter transigi non debeat, nisi inspectis verbis testamenti, d. l. 6. ubi ponderanda negativa, neque & non aliter
que

quæ formam inducunt, & præcisam necessitatem indicant. Tusch.
Pr. Concl. lit. C. c. ncl 311 n. 1. 4. Barb. de clausis cl. 51. n. 4. 8.
Atq; ita d. l. declarat Mantica de tac. & ambig conv. L. 26. t. 1.
n. 21. (1) Quòd, quando forma principaliter est introducta,
non in commodum privatorum, sed favorem publicum, renuncia-
tio locum non habeat l. 27. de R. J. l. 5. C. de LL. Cothm. vol. 1.
C. 35. n. 156. Covar. ad capt. quamvis. Part 2. § 2. n. 6. de Pact.
in 6. At qui inspectio tabularum & renunciatio d. l. 6. prin-
cipaliter non est introducta, propter favorem privatorum, qui-
bus relictum est in testamento: sed (1) propter favorem testamen-
torum publicum, ut sc. defunctorum voluntates in genere suum,
sortiantur effectum, quæ aliàs per hujusmodi transactiones quo-
dammodo circumvenirentur, l. 5. ff. Quemad. test. aper. Bart. ad
d. l. 6. n. 3. v. item favore publicæ utilitatis. Mantica de tac. &
amb. conv. d. l. 26. t. 2. n. 20. v. Secundò. Bachov. ad P. 1 ff L. 2. tit.
de transact. c. 2. n. 5. p. 717. (2) in odium eorum, qui testamento-
rum tabulas supprimere conantur; Menoch. L. 4. c. 323. n. 57.
Mantic. d. t. 1. n. 20. Aliàs enim aperiretur ampla fenestra
frandibus, & daretur occasio Legatarios decipiendi, quæ si ei non
certa res fuerit relictæ, sed alea spei dubia. Bachov. d. c. 2. n. 5.
(3) Quòd de illis tantum rebus transigi possit, de quibus lis est, l.
1. ff. de transact. de controversiis verò ex testamento, ante tabula-
rum inspectionem, lis esse nequit E. Et quòd (4) dispositioni
d. l. 6. renunciari non possit, communis est Dd. opinio. Peregr. de
fidei commiss. art. 52. n. 78. Mant. d. t. 1. n. 20. 21. Trentacinq. V.
R. l. 3. t. de transact. R. 1. n. 12. Besold. c. 1. c. 157. n. 59.

Limitandam tamen volunt hanc decisionem: Si partes asse-
rant, se plenam, certam ac perfectam totiùs Testamenti scientiam
habere; forsan ex relatione Notarii, vel testamenti notulam confi-
cientis, vel testium evulgatione. Ratio est, quia ex d. l. & l. 1. §. 1. ff.
test. quemadm. aper. hic unicus apparet inspectionis finis, ut quis
tenorem dispositionis testamentaria cognoscat: Si itaq; constet,
quid

quid sit in testamento à testatore dispositum, licet non ex lectione, forsantamen ex auditu, non oportet inspectione ulteriori. Hinc eleganter. Bart. ad d. l. 6. n. 6. Ille dicitur inspiciere, qui scit: Videtur enim sciens inspiciere oculis intellectus. Et ita communiter Dd. limitant: Jason. ad d. l. 6. n. 14. Surd. decis. 185. n. 4. Decian vol. 5. Resp. 91. n. 28. Gutierrez de jur. confirm. P. 3. c. 2. n. 11. 12. Fab. in Cod. ad tit. de transact. t. 4. def. 1. Et reliqui supra citati. Quam negantium opinionem amplector; Quid verò ad contraria regerendum sit, expediet orationis.

Q. VII.

An testamentum tempore pestis fiat irritum, post reconvalescentiam?

Videbantur dicendum quod sic, (1) ex Regula, quod cessante causa, cesset effectus c. 6. extra de appell. Gail. de pign. obs. l. n. 2. Et quod pro necessitate temporis statuitur, cessante necessitate, debeat etiam cessare pariter, quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quàm ad presens tempus fieri impellit: can. 4. caus. 1. q. 1. Sed postquam pestis cessat, omne periculum cessat. E. & jus. Quia (2) speciale est in milite, cujus testamentum, si sit honestè missus, valet intra annum. l. 5. C. de test. mil. §. 3. Inst. d. t. l. 1. §. 4. & l. 30. ff. d. t. specialitatis ratio est, quia ultra periculum mortis, in quod se exponit, pro Republica pugnavit: tale quid nihil in iis, qui peste laborarunt. Boërius decis. 228. n. 2.

Verum opinio Negantium firmior est: Quod scilicet testamentum, semel coram pauciori numero testium, pestis tempore confectum, valeat in perpetuum, si non per aliam posterius tollatur. (1) Quia ubi causa requiritur, si ea certo tempore adest, licet postea cesset, non tamen cessat effectus. l. 7. C. de Instit. & Substit. l. 12. §. 7. ff. de publ. in rem act. l. 15. §. 7. ff. qui satisd. cog. Tiracq. tract.

tract. cessante causa. l. m. 4 n. seq. Barb. axiō. jur. usu frequent.
ax. Causa 40. n. 22. Et (2) generalius hoc axioma procedit, si effectus
causa esset jam consummatus, & perfectus, & ut Dd. loquuntur,
in esse productus, dum effectus n. non cessat, etiamsi causa cesset. l. 7.
princ. de capit. minut. l. fin. ff. unde liberi. Diracq. d. l. limit. 12.
Pfeil consilio 78. n. 56. (3) Quia ut testamentum, quoad solennia
extrinseca, valeat, inspicitur tempus conditi testamenti. l. 1. §. 9. ff.
de bon. poss. con. tab. l. 1. C. de testam. Ibi: omnium consensu,
Jason. ad l. fin. n. 2. v. Tertiō extende. Cod. de testam. Sic & (4)
Rusticus licet condat testamentum coram quinque testibus ruri, &
postea fit civis, non tamen irritatur testamentum ejus. Bald. ad l.
7. n. 2. C. de Instr. Jason. ad d. l. fin. n. 2. vers. tertiō. Ripa de Pe.
ste c. 2. n. 35. Accedit (5) favor testamentorum §. 7. ibi: subveni-
re se ex liberalitate. Instit. de Testam. l. 7. ibi: ne dum nimia. ff.
de cap. minut. Magis enim conservanda, quam impugnanda. l. 1. §.
ff. testam. quemad. aper. l. 10. de inoff. Testam.

Ita statuunt post allegatos Dd. Roland. à Valle P. 1. cons. 81.
n. 60. Peck. de test. conj. lib. 3. c. 19. Mascard. de prob. vol. 3.
concl. 1352. n. 25. Rauchb. Part. 2. quaest. 20. n. 33. Pruckm. vol.
1. cons. 6. n. 87. Moll. ad Const. 4. P. 3. n. 8. Köppen. decis. 45. n.
20. Reusner. de Test. P. 4. c. 17. n. 22. Berlich. P. 3. concl. 5. n. 32.
Maul. de ult. volunt. l. 1. tit. 13. n. 4.

Et in hanc sententiam, pro valitate scil. testamenti, Ampl.
Fac. Jurid. Ao. 1633. M. Maij respondit. Quid verò ad rationes
binas obstantes, responderendum sit, in conflictu publico forsitan au-
diemus.

Q. VIII.

An, quæ in Constitut. Electoral. 7. P. 3. lancita
sunt de conjugibus, quod portio Statutaria conjugii
superstiti per ultimam quandam voluntatem auferri
ne-

C

nequeat, extendi quoque possint ad Sponsum vel Sponsam?

Casus est talis: Sponsus post contracta sponsalia, & ita ante matrimonium consummatum, condit testamentum, vel confert in liberos mortis causa donationem: Postea cum Sponsa sua nuptias celebrat, in quo matrimonio conjuges hi vivunt concordēs: Moritur denique maritus. Queritur an vidua testamentum hoc, vel mortis causa donationem impugnare possit, quasi maritus ultimam illam voluntatem in ipsius fraudem condiderit ac reliquerit?

Par rationum adstruitur à Dd. in utramque partem;

Pro Affirmativa quidem:

1. *Quia in favorabilibus sub nomine conjugum etiam sponsa continetur, tum per textus in l. denique 6. ff. de ritu nuptiarum. can. Coniux 6. causa 17. q. 2. ubi conjuges à primâ fid. de spon- sationis veriùs appellantur. cap. ex parte 9. extra de Sponsalib. tum per rationem: quia verum matrimonium est, quod primùm constat de consensu, per verba de presenti, licet copula carnalis, & nuptiarum celebritas, & alia pompa nondum fuerit subsequuta. Consensus siquidem, non concubitus, facit nuptias. l. nuptias 30. de R. l. l. cui fuerit. 15. ff. de Condit. & demonstrat. Tum per aucto- ritates Dd. Gail. 2. obs. 80. n. 34. Mynsing lit 6 obs. 78. Berlich. P. 3. Concl. pract. 25. n. 5. 10. Basil. Monner. de matrim. P. 3. cap. 12. n. 10. Harppr. ad rubr. Inst. de Nupt n. 87. seqq. Ubi hoc la- tiùs deducit: quod dispositum de marito & uxore ad Sponsum & Sponsam quoque de presenti extendatur, puta ad donationes, secun- das nuptias, domicilium, adulterium, actionem rerum amota- rum, &c.*

(2) *Quia presumptio est, quod Sponsus post contracta spon- salia, ultimam voluntatem, in fraudem conjugis future, & ad di- minuendam portionem statutariam, condiderit, ne sc. integram tertiam consequatur. Fraus autem & dolus nemini patrocinari debet.*

debet, arg. l. itaq; fullo. 12. §. 1. ff. de furt. l. in fundo, 38. ibi: neq;
malitiis indulgendum est, ff. de reivindicat. l. cum hi. 8. §. si cum
20. ibi: ne circumveniatur oratio ff. de transact. l. similiter. 11.
in fin. ibi: ne ex eius malignitate C. de pact. convent. tam su-
per dote, &c. Et dicitur fraus etiam tum fieri, quoties constitutio
sive lex per indirectum & cautelam redditur elusoria, Barbof. in
axioma, Fraus. 102. n. 4. Non tantum igitur via fraudibus non
est aperienda, sed occurrendum etiam, ne fiant fraudes. Tusch.
praet. concl. lit. F. concl. 475.

Rationes pro negativa.

(1) Quia Constitut. Elect. 7. P. 3. loquitur tantum de ma-
rito & uxore, constitutiones autem strictè accipiendae, ita ut ces-
santibus verbis constitutionis, sive legis, ipsa quoque constitutio vel
lex cessare debeat: Non enim est verisimile, constituentem id vo-
luisse, quod verbis disertis non expressit, Moller. ad Const. Elect.
2. n. 14. 15. 16. 17. Part. 1. Jacob Schultes P. 2. quaest. praet. 65. n.
37. seqq. Ergo dicta Constit. 7. ad Sponsam, de qua non loquitur,
non est extendenda, sed strictè de veris solummodo conjugibus ac-
cipienda. (2.) Quia Sponsa, in casu successionis, non est aequipa-
randa uxori, cum jus Saxonicum in successione, necessariam
tbori consensionem requirat: Das die Braut das Bette beschrif-
ten habe. Land R. lib. 1. artic. 45. ibi: Und tritt in sein Recht/wenn
sie in sein Bette tritt. Land R. lib. 3. artic. 45. & 76. Const. Elect.
19. Part. 3. Beust. ad l. 1. n. 166. ff. de injur. Schneidew. ad tit. Inst.
de hered. qua ab intestat. rubr. de success. inter vir. & uxor. n.
21. ita quotidie pronunciari, ait Coler. P. 1. decis. 57. n. 56. Et
decis. 58. n. 3. Moller. lib. 4. Semestr. c. 23. Cypræ de Sponsal. c.
5. §. 6. n. 3. Harppr. ad pr. Inst. de hered. qua ab intestat. n. 496.
vers. Ceterum isthæc. Et hujus Negative patrociniū suspi-
cere, lubido est: quid v. ad rationes contrarias regerendum sit, actu
disputatorio videbimus.

An liberi, pro suâ legitimâ consequendâ, quâ-
cunq; velint, ex rebus hæreditariis partem, eligere pos-
sint? *Negandum.*

*Aut enim parens, in rebus certis, legitimam liberis assigna-
vit; aut in genere, sine mentione rerum, è quibus solvi debeat, ean-
dem illis reliquit. Priori casu rursus distinguendum; an res assi-
gnatae sufficiant, annon? Sin illud, electio nulla filio competit. Quia
parentibus à Legibus concessum, ut in testamento suo liberis rem
certam hereditariam assignent, loco legitimæ, quâ illos contentos
esse oportet. Nov. 115. c. 5. ibi: Etiam hæc certis rebus iussi fue-
runt esse contenti. Const. Elector. P. 3. c. 9. ibi: Wenn der Va-
ter etwas von seinen Gütern / mit ausdrücklicher Vermeldung
der legitimæ, &c. Bart. Bald. Castr. In Auth. unde & si parens.
Cod. de inoff. test. Mich. Grafs. L. 1. recept. Sentent. §. legitima
q. 15. n. 4. Moll. ad Const. Elect. d. l. n. 5. Dummodo res illa absq;
onere, sumtu, periculo, & dilatione possit haberi: Dn. Carpz. Con-
stit. Elect. P. 3. C. 12. def. 7. n. 6. Roderic. Suarez, in l. quoniam in
prioribus. Ampl. l. n. 5. C. de in offic. Test. & sic instituti libe-
ri sunt instar legatariorum; l. quoties 13. C. de hered. instit. Gl.
in l. cum à matre C. de R. V. Ant. Faber. in chil. err. Pragm. dec.
14. err. 6. quibus liberum non est, rem quam velint eligere, sed in
testamento assignatam recipere coguntur, arg. l. non amplius 26.
§. ult. de Leg. I. Sin de hoc, & si supplementum petant liberi, (quòd
facere possunt, Covar. in cap. Rainutius in præf. n. 8. extr. de te-
stam. Dn. Carpz. P. 3. Const. Elect. 4. def. 22. & Lib. 6. T. 5. Resp.
45. & Resp. 47. d. t.) aut etiam de posteriori casu, quo pater non
monstravit, unde liberis legitima solvenda, questio moveatur,
etiam nulla illis competit electio: Quamvis enim hoc dicendum
videri queat, propterea, quod liberi censeantur esse creditores in
legitimâ, arg. l. Papinianus 8. §. quoniã 8. ff. de inoff. Test. Gail.*

L. 2. o bseru. 119. in fin. *Creditoribus verò libera competat electio in bonis debitoris*, l. creditoris 8. ff. de distractione pign. Nov. 4. c. 3. vers. *Rerum*. Hartm. Pistor. l. 3. q. 12. n. 7. *Attamen contrarium firmiter nititur fundamento: quia (1) legitima assignatio, quando à testatore facta non est, fieri debet arbitrato boni viri*. l. scimus 36. C. de inoff. testam. vel iudicis: l. potest autem 27. ff. de Legati. l. 5. sed hæc ita 3. Instit. de inoff. testam. *Ergò non sunt audiendi liberi, volentes inter res hereditarias eligere suo arbitrato*. Baldus in l. jubemus C. ad Sct. Trebell. Menoch. de arbitr. jud. qv. 2. cas. 163. n. 14. 15. (2) *Quia liberi non sunt creditores quantitatis, sed qualitatis, inquit, verbis Ruini L. 5. conf. 17. n. 8. Berlich. P. 2. decis. 280. n. 20. b. e. liberi sunt creditores, nec certe quãtitatis, qualis ille qui certã speciem nummorum mutuo dedit*, in Nov. 4. c. 3. *Et qui in re, in pignoribus, siue corporibus certis consecutus est*, in l. 8. ff. de distract. pign. *Sed quòtã, Et quidẽ in hoc casu, hereditatis*, l. Papinianus 8. §. Quarta. 9. ff. de inoff. test. junctã l. 1. in pr. ff. ad L. Falc. Timæus Faber in diatyp. qvæst. illust. th. 108. Bachovius ad Treutlerum vol. 1. disp. 13. th. 12. l. A. *Similes ergò sunt liberi coheredibus, quibus sue partes à iudice assignari debent, Et solent § quædam actiones 20. t. de Act. §. si familiae 4. t. de offic. iudicis. l. 3. l. item Labeo 22 § 1 & seqq. ff. fam. hercis. Et hanc sententiam communem Et æquissimam esse testantur*, Covarruv. in cap. Reinoldus §. 2. n. 5. Suarez. in d. l. quoniam in prioribus. Ampl. 1. n. 7. Antonius Gabriel Communium Conclus. 4. Menoch. l. jam all. n. 16. Grassus recept. sent. §. legitima q. 16. n. 4. Berlich. l. cit.

Q. X.

Maritus committit adulterium: Uxor pro eo intercedit, sed sub hãc conditione: Si maritus, magistratus permisso, possit in pristino domicilii loco, commora-

morari: *Quæritur*: An intercessio hæc conditionalis in puram resolvenda, ita ut maritus adulter à pœnâ ordinariâ adulterii quidem liberetur, uxor autem, non obstante conditione, nihilominus marito relegando cohabitare, & cum eo ex hoc Electoratu emigrare cogatur?

Quamvis Affirmativa suos habeat adsertores, nec destitatur sat ponderosis rationibus, imò & applausum in foro inveniat; Negativam tñ. hæc vice assumere, & ejus robur tentare, Exercitio nostro Academico non incongruum fore arbitror. Mulieris itaq; intercessionem in propositocasu in puram resolvendam non esse, sequentes svadent rationes. (1) Quia intercessio hæc per se est conditionalis: Omnis a. conditionis natura, vis ac potestas, hæc est, ut nihil ponat in esse l. quotiens. 59. de Verb. obl. ibi: alioquin rei captio est, h. e. promissoris damnum, injuria. Habet n. conditio effectum suspensivum, & facit interim cessare omnem obligationem, utpotè, consensu deficiente; l. quotiens 14. ibi: tunc novabit, cum extiterit conditio. ff. de novat. c. 1. v. Ille verò: ibi: ante conditionem extantem consensum non habentibus, de Sponsalib. in 6. Thoming. decis. 10. n. 5. 6. Arum. l. 2. decis. 2. n. 13. Merendal 2. contr. c. 25. Ea n. quæ in conditione sunt, formam negotio accommodant, & in eventu incerto & sub spe posita sunt, § condit. 4. ibi ex cond. tionali stipulatione tantum spes est, Inst. de verb. obl. Thoming. decis. 20. n. 43. Adeò ut actus sub conditione factus, si vel minima pars desit, perindè habeatur, ac si nihil factum fuisset, & censeatur resolutus ab initio, imò planè sit nullus. l. si quis. 37. ibi: quæ nulla est, si conditio defecerit; ff. de contrah. empt. l. necessariò 8. princ. ibi: siquidem defecerit conditio, nulla est emptio. ff. de peric. & comm. rei vend. Harr. Pistor. observ. 224. n. 13. Wesemb. P. 4. consil. 88. n. 15. Mantica de tacit. & amb. convent. l. 4. tit. 26. n. 1. 2. seqq. tom. 1. Ne ultra suam intentionē obligen.

gentur contrahentes. Wesemb. Part. 1. Conf. 14. n. 88. *Hine paria sunt; nihil fieri, vel sub conditione fieri, quæ non purificetur.* l. pecuniam 35. ff. de reb. cred. b1: *an nihil acturus sum.* Surdus de Alim. tit. 5. q. 4. n. 3. Tuschus Pract. concl. lit. C. concl. 593. n. 1. Ergo cum & uxor, hoc nostro casu, certam conditionem intercessioni sue adjiciat, nihil ponit ea in esse, nec mulierem obligat, sed censetur hac intercessio, deficiente conditione, jam tum resoluta, imò nulla. (2) Quia in d. Const. Elect. 19. P. 4. §. Jedoch werden wir. *hæc tria reperiuntur requisita: 1. ut uxoris intercessio sit spontanea & liberrima, ibi: Wenn sie selbst bitten und sich erbieten würde. 2. ut marito nocenti cohabitare, ibi: Demselben ungeachtet gebrochener treu und Glaubens länger ehlich beyzuwohnen/ & 3. eum sequi velit, ibi: Und der unschuldige aus unsern Landen seinen Ehegatten folgen/ darinnen ferner nicht wohnen/ oder sich wesentlich auffenthaltten soll. Hæc verò omnia non nisi de matrimonio, verè redintegrato. & declaratione perfectâ & purâ, accipi possunt.* Hartm Pistor. obs. 148. n. 6. 7. Rißel in Synop. matr. c. 8. theor. 8. lit. d. ibi: *quæ declaratione semel perfectâ seu purâ factâ. At verò conditionalis intercessio non est libera, non conjugium tum verè redintegratum est: Ergo deficiente puro consensu, nec obligatio est, nec dictæ Electorali Constitutioni locus.* (3) *quia omnes actus à principali intentione agentium judicantur.* l. eum qui. 18. §. si injur 3. ibi: *prævalet quod principale est.* ff. de Injur. l. si quis 4. ff. de reb. credit. Mascard de prob. vol. 3. cõcl. 1157. n. 131. *Neg. ultra, seu contra intentionem agentium quicquam operantur.* l. 19. de reb. credit. Pruckm. vol. 1. conf. 2. n. 164. & conf. 20. n. 116. *Finis n. in omnibus negotiis, quò se dirigit, inspiciendus, arg. l. cum auro 19. §. 13. ibi: semper enim illud spectamus, ff. de auro & argento legato.* Coihman vol. 1. Resp. 22. n. 3. *Et quæ mente quid dicatur, ubiq; animadvertendum l. ad exhibendum 19. ibi: quæ mente quid diceretur, ff. ad exhib. In tantum, ut verba etiam manifesta potius sint impropianda, quàm ultra agentium intentionem quid operentur.* Berlich. P. 1. decis. 15. n. 5. Imò quamvis
aliàs

aliàs actus sit favorabilis, nec tñ grà voluntatem agentis sustine-
tur. arg. l. si idem 14. ff. de legat. 2. Æstimatur n. ab effectu, non
à nomine. arg. l. si olei 21. C. de locato. l. cum manu 80. §. ne-
mo. 3. ff. de contrah. emt. Barbosa in axiom. Actus 12. n. 9. (4)
Quia resolvendo intercessionem conditionalem in puram, hoc agi-
mus, ut illam intercessionem in pœnam mulieris innocentis inter-
pretemur: At in delictis pœna etiam nocentium interpretatione
mollienda potius quàm exasperanda. arg. l. si præses 32. in fin. ibi:
mitior lex. ff. de pœnis l. interpr. 42. ff. eod. c. in pœnis 49. de
R. J. in 6. Barbosa axiom. Pœna 181. n. 10. 11. Ergò rantò ma-
gis interpretatio pro muliere innocente capienda est benignior.
(5) Quia sexus muliebris aliàs imbecillis. l. fœminæ 2. ubi Dd.
de R. J. l. 2 §. 2 ibi: propter sexus imbecillitatem ff. ad S. Ctum
Vellejan. Et vix aliud genus deceptionibus magis est obnoxium.
l. si mulier. 22. C. ad S. Ctum Vellejan. cum sæpè contrà propria
commoda laborare reperiatur. l. si pater 4. in fin. C. de Sponsal.
Ideò eò minùs verba mulierum captare aut pervertere decet d. l.
ad exhibendum 19. ff. ad exhib. (6) Quia quod in favorem
alicujus introductum est, inferre eidem injuriam minimè rationi
convenit equitatis, ut ait Imp. Const. in l. plures 19. in fin. C.
de fid. instr. l. quod favore 6. C. de legib. Inducta siquidem,
ad unum effectum, non debent operari effectum contrarium.
Tusch. Pract. concl. lit. C. concl. 1010 & de pract. concl. lit.
I. concl. 103. Barbosa axiom. Contrarietas 58. n. 13. 14. In-
primis, ordinata ad finem boni, non debent operari malum.
Tuschus Pract. concl. lit. O. concl. 181. Barbosa axiom. Fi-
nis, 99. n. 7. (7) Quia quod sub unâ conditione promittitur,
censetur denegatum Et ademptum sub conditione contrariâ l. si
legatum 10. ff. de adim. legat. l. pecuniam 36. ff. de reb. cred.
Surdus de Alim. d. t 5 quæst. 4. n. 2.

Ergò

Ergo mulieris conditionata intercessio, in eventum
contraria conditionis, hoc tantum operabitur, ut si marito in
hoc Electoratu commorari, & domicilium non permittatur
continuare, mulier ex Electoratu cum ipso non eliminanda;
Et consequenter intercessio sit nulla. (8) Quia conditio inter-
cessioni à muliere annexa, si cõcedatur marito permanēdi fa-
cultas in Electoratu; est legibus publicis, constitutioni nimi-
rum Electorali adversa, & proinde impossibilem continet
conditionem. Quod enim contra leges, principis vel ma-
gistratus sanctiones, ac constitutiones publicas, & generali-
ter contra bonos mores suscipitur, impossibile dicitur. l. filius
15. ff. de Condit. Inst. Wesemb. P. 7. cons. 305. n. 70. &
cons. 34. n. 71. ibi: de jure verò impossibilia, quæ lex,
princeps, magistratus &c. vetat. Barbosa in axiom. Im-
possibilis. 118. n. 2. 4. 5. Sæzer de juram. L. 2. cap. 6. n.
6. Impossibilis autem conditionis natura est, ut actum in-
ter vivos, scil. pacta, contractus, promissiones, intercessio-
nos, supplicationes, &c. vitiet, & nihil actum censeatur
l. non solum 31. in fin. ff. de O. & A. Mantica de tac. &
amb. g. conv. Tom. 2. L. 14. tit. 41. n. 5. Wesemb P. 7.
Cons. 305. n. 72. ibi: itemq; in supplicationibus Rittersh.
ad §. heres, 9. l. de hered. inst. p. 255.

Quæ cum ita sint, hic quoq; intercessionis actus potius
planè nullus dicendus est, quia ut contra mulieris inculpate
verba, contra intentionem ejus & voluntatem, contra leges
publicas, & Constitutiones Electorales, contra poenarum
interpretandarum rationem, contra innocentia & sexus
muliebris favorem, aliquem sortiatur effectum.

D

Quare

*Quare tutius est, marito nocenti poenam gladii ordi-
nariam dictare, & exequi, uxorem verò innocentem de-
lictò hoc adulterii nullo modo implicare, & sua conditione re-
linquere.*

Επιμετρεα.

I.

Tertius in crimine publico, ultimum suppli-
cium inferente, pro absente reo, Judicem
instruendo de ejus innocentia, intervenire po-
test.

II.

Bannitus ex contumaciâ ob famosum deli-
ctum, adulterium puta, furtum, vel simile,
promoveri potest ad honores.

III.

Patrem suum in casu necessitatis qui occidit,
& carne ejus vescitur, veniâ dignus est.

F I N I S.



94 A 7360

94 A 7360

ULB Halle 3
002 381 974



56.

V 7 A 7



A **F** omnes et omnia que in
hominum dicit deo alluere. Eton





6

⊙!⊙!⊙!
QVÆSTIONUM THEORICO-
PRACTICARUM
ΔΕΚΑΣ,
Quam
Consensu Amplissimi Jctorum Or-
dinis in percelebri Academia
Lipsiensi
Pro LICENTIA nanciscendi honores
DOCTORALES in Utroq; Jure,
In Aroaterio Petrino
publico examini
sistit,
Ad diem 4. Aprilis
M. Siegmund Finckelthaus / Lips.
Anno clō 1oc L.
—————
Typis hered. Friderici Lanckisch.

